

qui laboribus aliisve impedimentis justis impediti extra locum decantacionis constituti in domo platea foro aut campo, dum pulsus fit, oraciones predictas in genua devote oraverint seu cantando adjuverint quive vigiliis missis exequiis sepulture anniversariis commemoracionibus interfuerint vel saltem sub hujusmodi officiis ter oracionem dominicam cum  
 5 totidem salutacionibus angelicis pro omnibus fidelibus defunctis oraverint quique ad capellam sancte crucis cum processionibus iverint seu reddierint, quando aut quocienscunque hoc seu aliquid premissorum fecerint, de omnipotentis dei misericordia et meritis beatorum Petri et Pauli apostolorum ac patronorum ecclesie nostre Misnensis confisi quadraginta indulgenciarum dies de injunctis eis penitenciis in domino misericorditer  
 10 impartimur, premissis omnibus et singulis auctoritatem nostram ordinariam atque dyocesanam interponentes pariter et decretum. Nulli ergo —. Si quis autem —. Datum in castro nostro episcopali Stolpin anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, die penultima januarii, \*nostro) majori sub sigillo in fidem et testimonium omnium premissorum presentibus appenso.

15

350.

*Bischof Dietrich von Meissen bestätigt auf Bitten des Pfarrers zu ULF Heinrich Spanginberg den von Andreas Gruner gestifteten und mit 12 Schock Zinsen zu Gauernitz dotierten Altar der Verkündigung Mariae und der heiligen Dorothea, Hedwig, Sebaldus und Eustachius, dessen Einkünfte dem Prediger zu ULF zustehen sollen, und trifft Bestimmungen über die Rechte und Pflichten des*  
 20 *letztern.* Stolpen, 1468 Febr. 21.

*Hilschr.: Or. Perg. Rathsarhiv Freiberg K. 32. Das S. des Bischofs an Pergamentstreifen (wie bei No. 341).*

Theodericus — episcopus Misnensis —. Cum pastoralis cure intersit —. Sane exposito nobis per honorabilem virum dominum Heinricum Spanginberg plebanum apud beatam virginem in Friberg nostre dyocesis devotum nostrum dilectum, qualiter olim  
 25 venerabilis dominus magister Andreas Grwner laudabilis memorie cupiens se suis muneribus deo gratum ac placabilem exhibere pro anime sue ac progenitorum suorum animarum salute ad laudem omnipotentis dei ejus genitricis virginis Marie tociusque curie superiorum altare pro predicatore in ecclesia beate virginis Marie ibidem in Friberg sub titulo et honore gloriose ac intemerate dei virginis Marie annuntiacionis Dorothe[e] virginis  
 30 ac Hetwigis electe ac sanctorum Sebaldi et Euchstachii martirum fundasset et idem altare certis redditibus, videlicet duodecim sexagenis gr. ann[ui]orum reddituum de et super bonis validi Balthisar Czigeler in Yawirnicz residentis, partim videlicet sex sexag. super festo Martini et partim sex sexag. gr. super festo penthecostes, cum pacto de retrovendendo de propriis suis bonis a deo collatis pro predicatore ibidem in ecclesia beate virginis do-  
 35 tasset, ad ejus execucionem faciendam prefatum dominum Heinricum Spanginberg plebanum ibidem deputavit et omnimodam auctoritatem et potestatem exequendi tradidit, quare idem dominus Heinricus volens hujusmodi piam atque devotam ante dicti domini